

COLLEGIUM

SOMMARIUM





*R. VIII. II.*

EX BIBLIOTH.  
NATIONIS HUNGAR.  
VITEBERG.

*VIII B  
12.*

SIGNAT. ciōiōcccxiij.






953/5

Ung VIII B 12

Bibliothek  
d. UNGARISCHEN INSTITUTS  
an der Univ. Berlin

1192

entliehen aus der Ung. Bibl. an der  
Univ. Bibl. Halle





De Verbo Dei. fol. 1  
De Legis Dei impletione fol. 29  
De peccatoris miserij iustificatione. f. 42  
De Sacrificio missae. fol. 64  
De Ecclia fol. 73  
De Confessione fol. 73  
De Baptismo fol. 87  
De Cura Dñi fol. 93  
De Coniugio fol. 110  
De Inuocatione sanctorum fol. 118  
De Aqua hystri fol. 131  
De Ieiunio fol. 137.  
De primatu Papae. fol. 147  
De purgatorio fol. 164.



e) 219  
5

HOMILIA SACRA  
IN FUNERE.

*Illustriss: & Magnificentiss:*  
D: D.

ANDRÆ COMITIS DE LESSNO:

Brestæ Cujaviorum Palatini  
Ec: Ec.

ECCLESIAE ORTHODOXAË IN  
*Sarmatia nutritij præstantiss:*

PATRIÆ PATRIS  
Habita Baranovia

à  
NOBILI & ORTHODOXO THEOLOGO  
JOANNE TURNOVIO.



ANNO CIO IDC VII.



MAGNIFICIS, AMPLISSIMIS,  
PRUDENTISSIMISQUE

D. D.

*Inclyta Reipub. Dantiscana Pro-*  
*consulibus, totiq; Synedrio Senatorio*  
*Salutem et officia.*

**H**omiliam sacram, quam Reuer: Ecclesiae Christi An-  
tistes D. Iohannes Turnovius, in funere Illustris: Co-  
mitis de Lessno Andreae Brestae Cujavorum Palatini, ma-  
gna Magnatum spectante et audiente corona, habuit: in-  
clyto vestro nomini Mag: Amplis. prudentisq; Domini  
offero: immortalem herois maximi memoriam, in perenni  
nominis vestri claritate depositurus: Idq; gratum habituros  
vos, eo confido facilius, quod et vivum illum florentis.  
vestra Respub. sui semper persensit amantissimum: et no-  
men ipsius celebre, ob maximam in Rempub: et Ecclesiam  
merita, aeterna apud omnes bonos sit dignissimum memo-  
ria. Dictionis autem cultum quod attinet, agnosco incul-  
tum et veniam posco: neq; enim potui ubique efficacem  
D. Turnovii exprimere svaviloquentiam: Interim spero  
vos, qua estis Sapiencia, rem ipsam potius quam verba pen-  
siculaturos, et qua estis humanitate veniam mihi daturus, sic  
ubi id quod studiose secutus sum, non ex omni parte vide-  
bor asecutus. Deus Rempub. vestram et vos diutissime  
florentes ac incolumes conservet.

*Magnificentijs et Amplitudinibus*  
*vestris addictiss:*

Ecclesiae Diaconus, ac Scholae,  
apud Lobsenios, Rect:

*Paulus Palivrus.*



INVOCATIO SANCTISSIMI  
SALVATORIS.

**O** Domine Jesu, eterni patris sanctissimæq; Virginis sancta  
propago: templum hoc, quod numini tuo dicatum, inter  
manus laborantium assurgit: venerabilis hæc sacrorum Antis-  
titum corona: hoc eximium virorum illustris: nobiliss. agmen: po-  
pularis iste cætus, et quis quis hîc alius, una omnes, te nostrum  
certissimum fidissimûmq; auxilium capto nostro invocamus:  
tuam solius opem exposcimus: adsis et propitius fave, ô unica  
salus tuorum.

Squallida hæc tetrâq; pullatorum facies: deformis ac luctuo-  
sus pompæ funebris ordo: hæc inamæna carimonia exequia-  
rum: sordes deniq; miserabiles præstantissimarum personarum:  
in tu, ô supremum sanctorum decus ac solatium, præstò adesses:  
infausta, dira, atrociâq; plurima minitari, animosq; nostros hor-  
rore inusitato percellere viderentur. Quid enim sunt, vel præ-  
stantissimorum virorum, in foro mortis cætervæ, præsentia tua  
orbata? quid? nisi grex crudeli laniena destinatus: nisi manci-  
pia prædæq; diaboli: quid? nisi fomes flammæ infernalis ali-  
mentumq; quod nullus unquam depascat, ordo seculorum. E  
diuerso autem, ubi tuis auspicijs vexillorum ordines expandun-  
tur, imbellis ovicularum tuarum grex, a vernalibus leonibus sic  
formidabilis: ut ordinata castrorum acies: sic calo divisq; deco-  
ra, ut legiones ad conflictum procinctæ militares. Hunc locum  
ô Domine Jesu, atq; istius aræ ambitum, tibi soli religiosè capi-  
mus: tibi solemni more dicavimus: omnia sunt operata tibi.  
Proinde hîc nihil invenias ejusmodi ornamentorum, quibus fi-  
nera sua decorari mundi perversa censet opinio: non enim hîc  
phalerati equi, nō personati viri, non cataphracti milites, pugnae  
simulacra cientes, non gesticulator visitur histrio: non tormenta  
fulminantia; non cerei lucentes, imaginaria solia, aliâq; homi-  
num spectantur inventa, morticachinnum tibi nauseam com-  
mouentia





inorientia: qua ipsi præpostera cura, illic adhibere solent, ubi tunc  
luxuriantem florem insolentia humana deuris, atq; Monar-  
chas supremos, bellatores excellentissimos, heroes fortissimos, par-  
cum pauperibus lege, eodem in tumulto, strage eadem permisce-  
Abdicavit omnem auri argentiq; ad suam funerationem impen-  
sam, celebris ille olim Persarum rex Cyrus: cavit idem noster,  
nunquam satis laudatus Comes Palatinus: religioseq; suos ob-  
strinxit, ne, cum aliqua fastus vaniq; splendoris nota, supremum  
officium sibi solueretur: id agens, ut pulcherrimo sanctorum Pa-  
triarcharum documento, laudabili Cyri aliorumq; præstantissi-  
morum regum instituto, corpus suum nobile, non magnifico  
sumptu, sed pio honestoq; ritu, sepultura mandaretur. Nec vota  
ipsius frustra fuere: magno enim patre non minor filius, suprema  
desideria genitoris implet: ultimam voluntatem exequitur.  
Favorabili vultu præsentia tuæ fretus, ô Rex æterna gloriæ,  
confususq; tuo magnifico accessu, tantum vilibus istis ceremonijs  
inclytæ claritatis additum iri: quantum dignitas sacrorum  
eloquiorum: cultusque venerabilis, tuæ eximia Majestatis po-  
stulat: immo, te solum nobis omnibus omnia futurum: ita ut  
per te & animorum perturbatorum marores sedentur: &  
squallor hic deformis, tua divina honestate diluatur: & no-  
bis singulis, tantum interni externiq; accedat ornamenti, quan-  
tum præsens hæc fidelium concio: in visibilis caelestium Spirituum  
caterva: Tuum Genitorisq; tui numen requirit augustissimum.  
Adsis igitur, iterum rogamus adsis, ô Jesu. Haud enim inso-  
litum tibi lacrymantibus collacrymulari: haud novum sponta-  
neo in arenam descensu, certamine cum morte decernere singu-  
lari. Tu enim is es, qui quondam funestas Jairi edes ingressus  
luctu ipsas levasti: tu is, qui viduam Naimicam, ultimum  
pignus deplorantem, efficaciter exhilarasti. Te de prosapia Ju-  
da Leonem accepimus, quondam familiaribus lacrymis monu-  
mentum Lazari irrigasse: ipsumq; qui jam triduum à morte  
ædebat, solo vocis innutu, ab intimis terra visceribus evo-  
catum.



21

atum, sororibus spe in te defixis, vivum redhibuisse. Nec nos dubitamus, affore tempus, quo tu, qui es vita & resuscitatio nostra, omnia ad unum fidelium tuorum membra, ab omni mortalitatis concretione depurgabis: augustoque numinis tui ministerio, dimanantes in facies ipsorum lacrymas absterges. Hunc tamen uberrimum consolationis fontem, in intimo cordis penetrabili reconditum, intactum illibatumque, supremo illi mundi temporis conservamus: in presentiarum autem saltem eam particulam exuperantis tue misericordiae poscimus, sine qua nec res divina ritè fieri: nec dolor orphanis ex orbitate ortus sedari potest: & sine qua, nec locus iste, nec tempus, nec frequens hic hominum catus, quidquam dignitatis honestatisque videntur habitura. Adsis igitur o benedictè Rex seculorum, & nos in omne ævum, rege. Amen.

#### PRÆFATIO.

Cernunt oculi nostri, proh dolor, supra ipsas sepulchri fauces, Cœxanime cadaver Illustriss: Andrea Comitiss de Lessno: Brestæ Cujaviorum Palatini: intuentur tam rigidè soporatum, ut nec Ecclesia, pro qua ipse conatu magnifico ad mortem usque depugnabat: nec respub. Polona, cujus labascens moles Herculeis ipsius humeris sustentabatur: cujus salus ac in columitas, consilio, labore, vigilijs, sumptibus, ipsa denique vita subsulciebatur: quicquam in eo opis presidijque possent invenire. Corruit basis ac fundamentum eximia Lesciniorum in Sarmatia familia: dilapsus est communis omnium honorum honos: defecit perenne amicorum bonum: amisit patronum subditus: egenus auxiliatorem: parentem patria: Ecclesia nutritium: amisimus omnes, cujus vel intuitionem sola, nostra omnis sublevabatur miseria. Decumbit in hac ferali sponda, vacuum spiritu corpus: corpus enectum decumbit: cujus indigenam animam, simul ac suo soluta est ergastulo, caelesti primigeniorum Dei angelica manus interseruit contubernio, Heb: 12. Cecidit arbor magna: magna robustaque arbor

A 3

arbor



125  
arbor cecidit: cecidit arbor, cuius speciosi rami, vivacis fidei in-  
cremento caelum ipsum apprehendebant: occidit stirps, qua  
multorum retro seculorum auctu constabilita: qua proprijs vir-  
tutis suae facinoribus exaltata: qua divina benignitatis largo fa-  
vore ampliata: suavissima umbra, non solum patrias oras, sed  
extimas quasq; mundi plagas recreabat, replebatq; solis utram-  
que domum. Cecidit is, qui claro generis ortu, inclytis animi cor-  
porisq; operibus, affinitate principum, amicitia regum, bonorum  
omnium favore, amplissimis toparchis, magnificis in Ecclesiam  
ac rempub: sumptibus cum nulli cederet: paucos sibi in hoc ama-  
plissimo regno pares inveniebat. Cecidit unctus Domini, cui  
diximus in umbra tua vivemus. Thren 4. Cecidit corona capi-  
tis nostri, va nobis quia peccavimus. Concurrite, concurrite cives  
mania patriae corruerunt: clamabat olim morte Africani nun-  
ciata, Metellus Numidius civis Romanus. Factantur consen-  
tanearum vocum quiritationes, per hoc inclytum Sarmatiae  
regnum: ingeminantur Elisei illa, quibus Eliam abeuntem pro-  
sequutus est: Pater mi, currus et auriga Israelis. Universa Hiero-  
solythorum civitas, tribus omnis Jehuda, solvebatur acerbissi-  
mum in luctum, supra Fossae regis pientis: monumentum: mo-  
dulabatur Jeremias plena penetrabilis acrimoniae lamenta,  
quorum iteratione crebra, Musicorum chorus doloris abiturientis  
remorabatur vestigia. 2. Chron: Cretum sanguine regio A-  
biam, licet praevagationibus paternis impiatum: planxit tamē  
Israel: quod saltem inventus esset super eum bonus sermo à Deo  
Jehova. 1. Regum 14. Decessus sancti Jacobi Patriarchae, tanti  
luctus causam filiis, adeoq; universae Aegypti terrae prae-  
magnitudo ipsius, non solum in admirationem Cananeos pertra-  
xerit, sed etiam loco illi novitium nomen imposuerit: PLAN-  
CRUS AEGYPTI multis post seculis vocabulum sibi evendicante.  
Maxime verò in Dei populo lamentorum erat tum abunde:  
quando fortissimum suum ducem Maccabaum, cum eoq; liber-  
tatis nunquam, ut videbatur, recuperanda terra obruerent reli-  
quias



222

qui us: *Mic. 9.* Praeclara sane hac plangoris exempla: sed tamen  
in meris hominibus: illud autem longe antestat omnibus, quod  
supra de lacrymis supra Lazari tumulum fuis memoravimus  
*Iob. 10.* Licebit igitur mihi, ut puto, parva magnis componen-  
do sic colligere. Deus et Salvator noster *θεοσωτηρ* & verus, cuius  
integerrimos affectus, sancta ubiq; gubernabat moderatio: cuius  
adnantinam constantiam nulla unquam potuit infringere per-  
turbatio: cuius intenta sanctissima levitati obnoxia non fuere:  
hic tamen, somno duntaxat, ut is ipse testatur, obrutum Laza-  
rum, profectis ab intimo corde lacrymis, largiter deploravit:  
quanto ergo magis excruciaci nos medullitus oportet, quanto  
uberiores fundere lacrymas: quanto majores ciere planctus. qui  
patronum benignissimum, patrem indulgentissimum, qui co-  
lumniam Ecclesiae, commune nostri seculi bonum, inestimabi-  
lemq; mundi thesaurum amisimus. Ac super haec omnia, ecquis  
est in hac turba hominum numerosa, qui aspiciens luridam hanc  
pulla vestis nigredinem: nobilissimarum matronarum, inter  
manus allevantium crebra animi deliquia: tenellorum orpha-  
norum gembundos singultus: incertorum vocum emissas quiri-  
tationes: amicorum lacrymas, ab intimo affectu provenientes:  
ecquis inquam est qui lacrymas tenere, & hac siccis oculis vale-  
at, aspicere? Quis carissima omnium nostrum matri Racheli,  
infelici hac tempestate, tot tantisq; filijs orbatæ, lacrymas suas  
non conjungat? Non cadunt enim & quassantur impune arbo-  
res enormes, quin sua ruina multum afferant detrimenti & pe-  
riculi arbusculis; ceu quidam in funere sui principis nimis rectè  
et verè effatus est. Consuevit q; divinum numen, fatis impen-  
dentibus dirioribus, homines pios ac sibi probatos, ijs quibus ne-  
farios ulturus est pœnis, salutari manu subtrahere. qua-  
de re vatem Isaiam Iehovæ exercituum fidelissi-  
mum interpretem, amabò sitis, cum debita  
reuerentia audiamus.

✠  
A 4

ISAI A



ISAIAE LVII.

Iustus perit, & nemo homo reponit in animo: homines  
inquam benigni recipiuntur nemine animadvertente,  
ante adventum ipsius mali recipi iustum. In gredi pacem,  
requiescere in cubilibus suis, quisquis ambulat in æqui-  
tate sua.

Præquam finis hęc nobilissimum, arce solemni more efferre-  
tur, personuit aures nostras, ô magnificè inclyta corona, i-  
psius Filii Dei concio, quam de via, ad aternitatem abducente,  
dum hic nobiscum mortalem ageret consuetudinem, ipsum ha-  
buisse Evangelista Matthe: cap. 7. testatur. Nunc autem  
divinissimi vatis Isaia verba audivimus, quibus postquam  
profligatam impietatem mundi deplorasset: eos

PRIMO omnes qui per has via istius angustias, ante ambulo-  
nem suam Dominum Iesum, pressis sequuntur uestigiis, præmiis  
in calis aspectantes, duobus ornat, sine omni fuce, elogiis.

DEINDE, quod ipsorum post laboriosam huius vitæ pere-  
grinationem domicilium, docet: & quæ hominum de morte ipso-  
rum iudicia.

POSTEA describit, quid tunc potissimum Dominus  
facere soleat, operis, cum fideles suos aternæ demandavit requie-  
ti, quo loco, quia Vates terribiles malorum facies Dominum in  
apertum producere memorat, nos

ULTIMÒ expendemus, quibus animi erigendi solatiis, cum  
Dominus aut bonos piosq; viros à nobis aufert: aut alijs ira sua  
divinæ plagis nos visitat.

PARS PRIMA.

Constituit nos Dominus, in hoc mundo, tanquam in theatro  
quodam, ubi res humanæ assiduo motu, sursum deorsum ferun-  
tur, omniaq; opera ipsius fatali agitantur dispensatione. Nec est,  
quod æque numen divinum possit excandescere facere, quàm si homo  
præclara ipsius facta, debita non observet attentione Isai. 5  
Sequitur



Siquidem & gentiles, qui Deum & naturam nihil fecisse facere-  
 ue frustra judicaverunt, ad id nos inhortari: & omnibus nobis  
 impertitus intelligentiæ aliorumq; sensuum usus eò nos deducere  
 videntur. Istud verò cum omni tempore facere nos convenit: tum  
 vero vel maxime, si quando vel notabili aliquo favoris sui mu-  
 nere, divina nos demulcet indulgentia: vel infauſtis internūciis  
 suam nobis denunciat inclementiam, veluti cum à conspectu no-  
 ſtro, abripit pios & probos viros: Ecclesia & reipub. utiles. Hac  
 inquam talia intento oculis spectare, sollicitoq; animo perspiculare  
 convenit: remissiores enim si simus, in nos Propheta suum distrin-  
 git calamum: nos ad ruborem dabit ipsius censura: nobisq; q̄ ma-  
 lum Deus averruncasset, ceu olim primo mundo per cataclys-  
 mū, Sodomitana plaga per imbrem sulphureum, Dei ex improvi-  
 so vindicta superveniet: Gen. 7. Gen. 19. Sed ad propositum ve-  
 nio.

Postquam igitur ex verbis Propheta, facta incogitantia humana  
 reprehensio; advertamus, quaso, quibus elogiis, cælestis curia le-  
 gitimos suos cives insignire soleat. Justos, ut audivimus, bonos-  
 que vocat: quorum verborum brevitate nervosa, quicquid ad  
 constituendam essentiam non nothi calorum heredis, pertinere  
 videtur: oppido apprimè divinum expressit oraculum. Ju-  
 stus perit. Cæterum de justitia illud nobis est priori loco  
 judicandum, vocari justum angelum, vocari & hominem, pro-  
 priissimè autem Deum: qui quidem sic justus est, ut justitiæ sua  
 radios, omnibus creaturis, rationem justitiæ subeuntibus sine ul-  
 la sui diminutione, possit affundere: nobis autem sermonem habe-  
 ri de homine, deq; eiuscemodi justitia, qua & conscientiam ipsius  
 possit tranquillare: & rigidum Dei subsellium trepidè aspicere:  
 justaq; justissimi judicis sententia absolvi ac immunem pronun-  
 ciari confidat. Dico igitur justitiam illam actionem secundum  
 normam divinæ voluntatis: qua partim lege partim evangelio  
 manifestatur: ob eamq; rationem dupl' cē nobis justitiam exoriri,  
 B legis nem.



legis nempe, qua hominibus in haec usque, siue humanorum dicitur  
operum: ac Evangelii: quam fidei, gratiae, adoptionis, iusticiam  
Christi, ac iusticiam Dei appellare licebit. Praeter has duas  
iustitiae species, ubi nobis cum Deo est disceptatio, nullam aliam  
qua nobis possit patrocinari, invenimus. Sed agite tamen sta-  
articulatim expendamus, penitusque singula aspiciamus.

Iusticiam igitur ego, quam legis & operum dico, statuo esse  
actionem legi illi divinae per omnia congruentem, qua inter-  
nuncio Mose est promulgata. Actionis autem voce, siue illam  
operationem malis vocare, omne illud comprehendendo, quod ra-  
tionem mentis interioris, operisque subit exterioris: siue sint illi  
primi impetus, quos graeci οἰκῆς vocant; siue appetitus, siue  
etiam rerum in animo deliberatarum per sensus organicasque cor-  
poris partes executio. Horum autem omnium, si coram Dei  
iudicio sunt valiturae, dignitas est censenda, non ex lege, quam  
natura vocamus: hac enim quam sit imperfecta ac mutila,  
doctrina, quam de moribus gentes tradunt, aperte docet: nec ex  
humanis institutis, qua Christus, ac illo prior Isaias, consen-  
tiente suffragatione damnauerunt, Mat. 15. Isaias 29. nec  
denique ex coacervatione humanarum legum, quarum regimini  
saltem ea subiacent, qua oculos humanos possunt incurrere,  
mentis interim, qualescunque ea sint, actionibus, nihil sibi ab illis  
metuentibus: ac tanquam ab inepto iudice ad alium provocan-  
tibus. I Cor 4. sed potius tenendum, omnes nostras actiones in-  
ternas, externas, si cum Dei iusticia in disceptationem veniant,  
ad regulam verbi Dei non adulterati nec mutilati, examinari  
oportere. Parvi namque retulerit, videri aliquem sibi, totam im-  
plevisse legem, si in uno aliquo vel minima possit redargui  
omissionis: hac enim ratione totam legis substantiam violari  
Apostolus nos docuit Jac 2. nimirum inquam, Dei verbo, tan-  
quam amissi ac regula opus est: non tamen secundum placita  
Phariseorum explanato: sed ex sensu ipsius auctoris DEI, qui  
corda & renes scrutatur: Ier: 17. inordinatos etiam appetitus  
aeternis



24

eternis decrevit pœnis plectere. Exod. 20. qui cogitationes malas reprehendit. Luc. 5. qui q̄ (ò rigorem justitiæ) non solum iniquiter, sed & leviter emissa vocis, à nobis olim requisiturus est rationem. Mat. 12. Latum præceptum Domini Psal. 119. sed nos brevitati studuimus. Salvator noster miro compendio totius legis summam complexus est Mat. 6. ubi sic habet: Diliges dominum Deum tuum toto corde, tota cogitatione, ac totis viribus tuis: diliges proximum sicut teipsum. Quæro igitur, aliquisne fuerit, sit ve hodie; qui diligenter foris & intus postquam seipsum examinaverit: qui cogitationibus, sermone, actionibus suis in trinitate positus; Deo, sibi, proximoq̄ se satisfacisse audeat gloriari? Qui dicat, se Deum toto corde diligere, qui proximo perinde ac sibi ipsi favere: talem si dederis, nullus sum: dederis enim aliquem, qui iudicio cum Deo poterit experiri. Cæterum si omnes nos conscientia convincit, vel alicuius prævaricationis, vel prave cogitationis, vel vani verbi; actum est illico nobiscum: vana justitia nostra: nec ante Dei tribunal poterimus consistere. Lata enim jam pridem sententia: maledictus qui non permanserit in omnibus quæ scripta sunt in lege. Deut. 27. Gal. 3. Quæ quidem divina sententia requirit animæ ac corporis integritatem: postulat mentis, voluntatis, operumque ab omni sanctorum perfectionem: talemque plenitudinem, qualis Adamus in statu innocentie fuit exornatus. Talem autem æquem hodie reperias? quis posterorum Adæ potis dicere; mundum est cor meum? Prov. 20. In omni filiorum Evæ propagine, unico saltem hoc est concessum, nempe Dei & Mariæ filio Jesu Christo. 1. Pet. 2. Heb. 4. Secundum hunc omnes alii mera iniquitas. Omnes enim peccaverunt, & gloria Dei destituuntur Rom. 3. O quoties supremus ille iudex in jus vocavit omnes orbis incolas: quoties diem dixit universis terræ habitatoribus: illius enim sunt, quæ habet Isaias cap. 34. revoca mihi in memoriam, disceptemus unâ, narra tu ut justificeris. quin imo cum nemo se iudicio sisteret, de cælo prospiciens, toti mundo acrem suam oculum circumtulit: Ecce autem



255  
omnes deflexerunt: omnes infrugiferi facti: qui bonum facere  
non erat, non erat, ne unus quidem. Psal. 13. Rom. 3. Proinde  
omnes conclusit sub peccatis, ut omnium possit misereri. Rom. 12.  
Atque haec est illa prima iustitia species, qua tamen nullius un-  
quam trita est vestigium: nec penetrandi ad caelos cuiquam via  
extitit: quapropter aliud insistentium iter: alius quarendus ius-  
tificationis modus, aliusprehendendus dux: nempe is, cui tran-  
situs ab inferioribus istis ad superiora notissimus: quique, ut Ber-  
nardus de caena dom. ser. 7. ait: est via sine errore, veritas sine fal-  
sitate: vita sine morte. Talis autem quis? audi Jeremiam: JE-  
HOVA iustitia nostra 23, & hunc secutum Paulum. 1. Cor. 1. Je-  
sus Christus factus est nobis à DEO iustitia, sapientia, sanctifica-  
tio & redemptio. Quorum verborum sensus, ad hunc scopum di-  
rigitur, ut moneat, non aliam iustitiam in homine quarendam,  
quam qua ipsi laudem apud homines possit conciliare: sicut de  
Abrahamo Rom. 4. dicitur: eam verò, quam Deus ratam habeat,  
extra Christum suspicari inveniri: sic videlicet, ut, aut solum  
ipsum perfectissimam omnium iustitiam; aut extra hunc, nec  
eminem coram Deo iustificari firmiter statuamus. Hoc au-  
tem tam luculentum scripturae testimonium, a gerrimè diabolo  
facit: qui quoniam expungere illud non valet: saltem sinistra in-  
terpretatione interpolare conatur. vide Biblicas annot. Wuecij  
1. Cor. 5. v. 30. Sed quam sit difficile, contra stimulos calces obie-  
ctare, vel hinc apparet, quod aliud scripturae testimonium longè  
hoc evidentius ad instar caci praterit: quod nos, amabò, videa-  
mus. Eum, (ait Apostolus de Christo 2. Cor. 5.) qui non novit  
peccatum, fecit peccatum: ut nos efficeremur iustitia Dei per  
eum. Quibus verbis non solum prior illa sententia roborat-  
ur: sed etiam insulsa interpretationis portenta subruuntur. No-  
minat enim Apostolus, iustitiam & peccatum: nominat  
eum & nos: eademque ratione iustitiam, peccato: Chri-  
stum nobis, tanquam res sibi invicem adversantes opponit: de-  
inde utriusque oppositi naturam explicat: ostenditque quid  
Christus



25

Christus nobis, & quid nos per ipsum ac in ipso simus. Parte igitur ab una collocat. Apostolus Christum; ac loquitur: eum qui non fecit peccatum: ac si diceret, cum qui mera est Iustitia, qui nullo unquam collutavit se delicto: ab altera parte collocat nos cum inhaerente nobis peccato, quod tanquam in proprio domicilio, quoad vivimus, licet non regnet, habitare tamen non cessat. Rom. 2. Istarum autem duarum partium in eo convenientia, quod sicut Christus, quâ Deus, quâ homo, per se & in se est iustitia: ac nullum unquam peccatum habet in illo: sic homo, si e animam, si e corpus spectes, mera est peccatorum sentina: in quo ne umbra quidem tenuissima eius iustitia, quæ coram Deo ad salutem consistere possit, unquam post lapsum est deprehensa. Atque hæc est prima in iustificatione nostri cum Christo analogia. Altera autem illa per conversam vicem exponit, qualis sit JESUS CHRISTUS reputatione: qualis suscepti vadium respectu & peccatorum nostrorum voluntaria in se derivatione: qualis ratione eius victima, quam pro mundi delictis Deo patri, non secus ac si ipse deliquisset, obtulit: qui tamen agnus sine macula permanet in omne ævum: exponit item quales nos evadamus, per vim illius agni & efficaciam. Ubi hoc tenendum; quod sicut ille pro nobis peccatum: sic nos qui qui sumus, nullam aliam iustitiam, quam quæ est in Christo, habere: ita ut, si blasphemia sit, CHRISTO peccatum adstruere, vel ipsum peccatum dicere ipsissimum: non minus contumeliosum, insolens, ac periculosum esse debeat, extra & præter CHRISTUM aliquam propriam iustitiam, iudicio Dei equivalentem in nobis statuere. Vidit in his Pauli verbis optimè has antitheses D. Augustinus: qui fidei, confessioni, doctrinaque nostræ verba habet consentanea in Enchir. cap. 41. inquit. Ille ergo peccatum, ut nos iustitia: nec nostra, sed Dei simus: nec in nobis sed in ipso. Omnino enim sic Salvator nobiscum agit, ut qui permutationem contrahunt: peccatum ac pœnas ipsi debitas, vicem nostram accipit: nobis autem confert suam iustitiam

eam



eamque sic adaptat, ut quemadmodum nostra peccata fecit sua,  
sic suam justitiam nostri per fidem juris efficiat. Nec pater cœle-  
stis irrita ista habet: qui, ceu quondam Angelus vastator in Æ-  
gypto, eximios habebat postes cruore respersos Exod. 12. ceu Isaac-  
cus, odore vestimenti illectus, fausta precatus est Jacobo, Gen. 27.  
quos cruore agni vidit imbutos: quos innocentia ac justitia i-  
psius veste opertos: hos sanctos ac justos decreto suo immutabili  
pronunciat. Atque hæc est illa unica ac vera Christianorum  
justitia: præ qua divus Paulus omnes suas justificationes, omnia  
na, damnatum, ac si quid est vilius reputavit; ut ad Philip. cap. 3.  
legitur: cuius quidem hic est perpetuus tenor, ut sine omni huma-  
norum operum additamento, expiare delicta omnia p'cissime  
valeat, nec cum justificationibus nostris quicquam sibi velit esse  
cōmercij: qua quidem privant se indignissime omnes ii, qui, qua-  
si supplementum ipsi facientes, sive humani inventi, sive recen-  
sita in lege opera, curiosa cura conantur assuere. Gal. 5. v. 2, & 4.  
Præter hæc autem & misericordia divina ejusmodi planè  
natura: quæ omnibus nostris operibus procul abdicatis, solius Chri-  
sti merito, ut nos justos pronunciet, permoveretur: atque salutis  
nostræ laudem omnem, sibi in solidum vendicat: talis namque  
ipsius & gratia ut homini collata, ex impurissimo peccatore ipsum  
ab omni sanctitate protinus possit efficere absolutissimum: quod  
luculento exemplo debitor Mat. 18. telones Luc. 7. latro in pati-  
bulo Luc. 23. alijque non pauci nobis manifestum possunt efficere.  
Atque hæc de justificatione doctrinam sic prisca Orthodoxa Ec-  
clesia docuit: sic Apostolorum chorus professus: ac in his etiam gen-  
tium doct'r Paulus, qui ut ex scriptis ipsius liquet, Judæis, Græ-  
cis, ipsis que etiam Romanis antiquioribus pari modo ipsam tra-  
didit: cujus de ea hæc sunt testimonia: Non ex operibus justis quæ  
fecerimus nos, sed ex sua misericordia servavit nos per lavacrum  
regenerationis & renovationem Spiritus sancti. Tit. 3. Gratia  
salvati estis per fidem, idque non ex vobis: donum Dei est: non  
ex operibus, ne quis gloriatur. Ephes. 2. v. 5. 9. quod si per gratiam



226  
iam, jam non ex operibus, alioquin gratia jam non est gratia.  
Sic ex operibus, jam non ex gratia: alioquin opus jam non est o-  
pus. Rom. II. v. 6. Cui ipsius sententia repugnat ex diametro  
illorum opinio, qui justificationis parte dimidia fidei ablata, cū o-  
perib⁹, illā faciūt dividuā: quiq; a d fidei sūmam, partī suas satisfac-  
tiones, partī opera qua vocāt superogationis, postquā accumula-  
verint, tantis non contenti adminiculis, reliquias peccatorum ad  
inferos amandant expiandas. Nam purgatorium partem infer-  
ni esse, vel vicinum inferno locum, Belar. lib. i. de purga. cap. 9.  
non veretur affirmare. Eant igitur nunc, & his tam perspicuis  
contradicant documentis: ac lenocinio verborum, fidem & ope-  
ra, res natura sua diversissimas, in unum coniungant: presu-  
mant filii Dei meritum cum operibus Sanctorum, Martyrum,  
Monachorumq; confundere: proferant opera supererogata, um-  
braticas indulgentias, nullas non bellas, impurum purgatorium:  
nos hac omnia contemnemus facilitate, qua Deum esse Deum, ac  
verbum ipsius infallibilem statuimus esse veritatem: nec ista ver-  
borum portenta Evangelicam doctrinam, catholicamque fidem  
censebimus: sed potius negotiatorum Babylonis verba pergra-  
cantia. Apoc. 18. v. 11, Mat. 25. v. 19. quorum adventum præ-  
dixerit Petrus 2. Pet. 2. v. 3. & qui (ò miseram Ecclesie for-  
tunam) peiores illis quos Christus apud Matheum reprehendit,  
etiamnum id agunt, ut sibi pradia & divitias: animabus vero  
innumeris aeternam accumulent perniciem.

Demonstratum jam ad oculum arbitror, quinam homo ve-  
rè justus coram Deo censerī debeat: quod videlicet non is, quem  
sua sibi commendat justitia: sed qui credit in eum, qui justificare  
valet malum: quoniam credenti in Jesum Christum fides ipsius  
imputatur ad justitiam. Rom. 4. v. 9.

His ita dictis, venio ad alterum elogium fidelium, quo d. S.  
Spiritu viri benigni, misericordes, atque in æquitate ambu-  
lantes, insigniuntur. Certum est autem, notari hoc loco  
eos, qui postquam Deum misericordem sunt experti: ab eoque

Veniatis



255  
veniam delictorum consecuti: ipsius amore, sua, suorumque proximo-  
rum salute, nihil prius nec antiquius sibi existimant: fidei-  
que iustificantis fructus pro suo viril. palam edentes, crebra ver-  
b. divini auditione: devota Sacramentorum perceptione, studio  
precum pietatis, temperantia, iustitia, misericordis erga egenos  
affectus, ad vitam eternam suam faciunt firmam vocationem.  
2. Pet. 1. & qui iustificati, adhuc iustificantur: sanctificati adhuc  
sanctificantur Apocal. 22. v. 11. Ceterum, doctrina hac operum  
alij tempori reservata, illud tantum hoc loco observabimus: quod  
licet vita eterna sit donum Dei nostri gratuitum, Rom. 6. nec  
ulla ratione iustificationis nostrae causa, dici opera bona possint:  
requiri tamen ea à iustificatis & flagitari per omnem vitam de-  
cursam, quo & iustitia, & possessa gratia, infallibilia possint esse  
documenta. Nam sicut causa, ut est apud Logicos, non precedit  
effectum: sed posita proxima causa, effectum poni, sublataque tolli  
hunc necesse est: nec enim dies antegreditur solem orientem, nec  
fructus prior est arbore: ita opera bona non precedunt ju-  
stificatum, sed sequuntur iustificandum: quod in libro de fide &  
bonis operibus cap. 14. doctrinam Pauli Augustinus secutus, pie  
scriptum reliquit. Pro monstro itaque sunt omnes ij, qui hac a-  
liter fieri posse existimant: perinde enim sicut Dei filius habet  
in se vitam Ioan. 3. v. 26. & hac vivifica & separari ab illo  
nequit: ita nec à fide opus bonum avelli, stabitque inconcussum  
illud; quod cui multa remissa, impensius is creditorem amare te-  
neatur Luc. 7. Et quos merus Dei favor adoptione gratuita ad-  
rogavit, adoptatoris sui naturam debeant imitari. Luc. 6. v. 22.  
Quodq; eos qui Deo crediderunt, viam pietatis aliis praeire o-  
porteat. Tit. 3. quibus spiritus impertitus est, eos spiritui obno-  
xios reddi Rom. 8. emancipatos à peccato, Deo subijci, Rom. 6.  
In hoc enim salutifera illa gratia illuxit, ut abdicata impietas,  
& desideris mundanis, sapienter, iustè & piè, in presenti seculo  
vivamus. Tit. 2. qui iustitiam facit, ex Deo est: qui peccatum,  
& Diabolo. 1 Ioan. 3. Ac fides sine operibus mortua. Iac. 3. v. 17  
Nec tamen



227

Nec tamen hanc fidem, quae iustitiam parit, aut vanam iactantiam existimemus; aut externam professionem; aut denique rerum à Christo gestarum nudam cognitionem. Quin imò potius participatio est sanctissimi meriti Christi, & ex hoc merito redundantis efficacia plena fructio. Unde regeneratio, ac vegetum dilectionis promanat robur, numerosum omnigenarum virtutum chorum tanquam pedissequas à tergo trahentis. Gal. 5. v. 6. Postremo, priusquam ad secundam instituti partem me convertam hoc addo, tantopere diligì à Deo fideles, ut habitare in ipsis ac vivere dignetur. Gal. 2. v. 20. in ipsis velle & posse operetur. 2. Cor. 3. v. 5. illis dona sua appropriet, ac tanquam ipsis peculiaria coronet. Aug. Psal. 102. Et hac ut faciat omnia, non nostra impellit dignitate; sed sua permoveri miseratione; Gal. 6. atque adeo, ut cum Augustino loquar, facit se nostrum debitorem fidelis ille Deus; non aliquid à nobis accipiendo; sed tanta nobis promittendo: nec satis ipsi erat nudis verbis promittere; sed placuit tabulis verbi sui inscribere. Habet enim pietas promissiones huius & futurae vitae. Tim. 2. v. 8. ita ut, quemadmodum immortalem Deum perpetuam vitam vivere indubitatè statuimus; sic affore diem speremus, quo Deus horribili severitate omnia impiè facta est ulturus: e diverso autem bona in bonis opera ita cumulate, compensaturus, ut neque dictum, neque factum, neque ulla sancta mentis intentio, sine brabeio, sit abitura. Ac illa die, qui plena, dum in vita esset, virtutes seminavit manu: centuplo cum faenore metet fascis gloria, splendoris que nunquam extinguendi. Atque haec est constans ac perpetua Ecclesiarum nostrarum de bonis operibus sententia: quam ita nos docere & credere, Deum, conscientias, auditorès que, quibuscum ad subsellia Dei iudicis sisti nos oportet, contestamur: & protestamur fieri nobis insignem & notariam injuriam à doctoribus Romanae Ecclesiae, dum nos bonorum operum hostes contumeliose proclamant, & eam nobis calumniam impingunt, quod bonis operibus bello indicto ea aut prohibeamus, aut susque deque habeamus. Deus det illis mentem meliorem.

C

Pars.



## PARS SECUNDA.

**A**bsoluta parte priore instituti sermonis, expendamus deinceps, quid vulgo de bonorum morte judicari soleat: & quae nostra de eo debeat esse sententia. Quae in re quidem usu videmus evenire, ut malitiosi bonorum mortem delicias sibi faciant; & quos vivos recto non quiverunt aspicere oculo; eosdem mortuos execrationi devovere: ad inferosque amandare solent: quod quidem ut in hac vita non dissimulantes tulerunt: sic in futurae seu imprudenter stolidaeque facta, mutuo sibi obiectaturos divina Sapientia 7. clarè docet: quorum verba etiam fideliter refert; non insensati, inquiens, vitam illorum aestimabamus insaniam, & finem illorum sine honore. Eademque mente S. Joan. revelatio, cap. 11. nobis revelavit: quod incolae terrae supra mortem proborum erant se consolaturi; muneraque ultro ac citro sibi missuri. Videmus igitur impiorum de his hoc esse iudicium, ut ipsos per mortem perdi non dubitanter sibi persuadeant. Sed ab ipsis longissime abest S. sancti sententia: qui de piis affirmat;

Primò, Colligi ipsos. Ex qua sermonis formula apparet, mortem piorum congregationem seu collectionem vocari debere: quod etiam exemplis doceri potest. Tantisper Patriarcha Enochus in viis Dei ambulavit, donec ipsum in collegium caeleste Jehova maximus collegerit. Idem Jehova sanctissimum vatem Eliam, curru flammeo, ex his terrarum angustiis, in novam quasi cali coloniam deduxit. Sed haec miraculosa: dicam ergo & communiora. Colligam te ad maiores tuos, ait Jehova J. s. rege letaliter decumbenti. Hos vero ubi dicemus? num in sepulchro? non in Christo: eodem enim omnes cupi impossibile. Patriarcham Abrahamum, ut est Gen. 25. pollicetur aggregare ad populum ipsius: quod etiam de sepulchro nequit obtineri: hoc enim ipse sibi eo comparaverat loci, quo nemo unquam ex maioribus ipsius vestigium posuerat. Ubi igitur hos patres dicemus? Ubi justorum animas censebimus? Scripturam ad eam audiamus: quae ipsas in Dei manu collocat. Sap. 3. quae domicilium ipsorum fasciculum viventium appellat. 1. Sam. 25. quae &



braha sinum. Luc. 16. quæ paradysum. Luc. 27. quæ manus Christi. Act. 8. quæ verbis Christi domum patris mansionum plurimarum. Ioan. 14. Atque etiam hoc illud est intimum regis palatium, ubi Cherubis ac Seraphis, ubi angelorum ordines: ubi Patriarcha, Propheta, Reges, Apostoli, Evangelista, Martyres, aliaque electorum turba æternam cum Christo agunt consuetudinem: quò etiam quisquis Christianus, fidelem militiæ suæ depugnavit pugnam, simul ac animus ipsius, corporis sese vinculis liberaverit, curru invehetur triumphali: ob debellatum Satana[m] & mortem, æterna virtuti suæ tropæa illic erecturus. Vera enim sunt quæ iure jurando duplici, Christus nobis, Ios. 5. pollicetur. Amen, amen dico vobis, qui verba mea audit, & credit, huic qui me misit, in iudicium non veniet; sed transit à morte ad vitam. Ac in Apocalypsi proclamatur. Beati mortui, qui in Domino moriuntur, modo requiescunt à laboribus suis: cap. 14.

Secundò affirmat Spiritus: ingredi ipsos requiem. nam hic quidem

Nusquam bella piis, nusquam discrimina desunt.

Et quo cum certet mens pia semper habet.

Revera enim & diabolus & mundus, & caro propria hominis inquietare non cessant: & dominus ipse, quos diligit eosdem plebit: ita ut homo, cuius vita perpetua est si Iobum audimus, militia, non prius rudi donari possit: quàm quotidianis certaminibus assiduisque pugnis enervatus, exoptatam mortem fuerit consecutus; per quam tandem omnibus laboribus semel solutus, nova requie frui, paceque omnibus anteferenda victoriis potiri incipit, de qua sic piëta:

Pax optima rerum,

Quas homini novisse datum est, pax una triumphis

Innumeris potior:

pace inquam non  
qualem mundus potest concedere: sed divina illa, ac omnem humanorum sensuum captum excedente.

Tertiò affirmat; ipsos requiescere in cubilibus.

C 2

Per qua



per que non tantum subterranea illa corporum receptacula  
intelligenda sed omne illud, quod corporibus humanis, fida sub  
ministrat, quoad reviviscant, hospitia. S. quidem ut Augusti  
nus ex Lucretio adducit, celo tegitur qui non habet urnam. Nec  
illud magni refert, quod carnivora avis, quod bestia trux, quod  
immanis balena hominem consumat, quod in cineres resolutum  
violentia ventorum, proluvies aquarum, in quas ve mundi plag  
gas dfferant: quod denique ex aliis in alia subinde mutantur e  
lementa: inter hac namque omnia, sic corpora humana, divina  
servat providentia: ut aliquid ex ipsis, vel interire, vel permu  
tari, vel diminui prorsus sit impossibile: sed eadem pane, que  
quondam domicilia particulæ illius cælestis fuere: cum eadem no  
vo se hospicio cõjûgēt, antiquaq; redintegrabunt familiaritatem  
1. Job. 19. Hec autem mortalitatis nostræ cubilia, immortalis Dei  
hospitio, sunt nobis consecrata: qui post cruentum illud, quod cor  
pore sustinuit certamen, tridua in sepulchro reficiebatur inter  
quiere. Proinde illic invenitur delicatissimus ipsi lectulus,  
quem grandi peccatorum mole primogenita filiorum Dei turba,  
statim in baptismo incepit substernere. Illic dulcissima corporis  
ipsius exuvia: sudarium nempe, quo fidelium sordes omnis que  
generis inquinamenta exterguntur: & lintea quibus genæ la  
crymis perfusa desiccantur, omnis que illarum fluxus prohibetur.  
Illic invenias tegumentum ipsius resurrectionis: quod sperata re  
victionis, nobis est certissimum pignus ac monumentum: quic  
quid enim in capite præcessit, in membris consequi necess. est. I.  
Cor. 15. Illic aulae elegantissimis verborum emblematis inter  
textæ: quorum precium argentum, aurum, uniones que antestat  
preciosissi nos. Ego sum resurrectio & vita. Joh. 11. Vivo ego &  
vos vivetis. Joh. 14. In domo Patris mei multa mansiones, eo  
ut vobis parem locum: quem ubi para vero, veniam & accipiam  
vos. Joan. 14. Videbo vos & gaudebit cor vestrum, & gau  
dium vestrum nemo à vobis auferet. Joan. 16. Aliaque sexcenta  
firmiter



29

firmi tu sine sua caelum terramque superantia. Luc. 21. Igitur tanta illic & dulcis requies. Psal. 6. Caro mea habitabit secure. Sicut enim in illa Dei angelorumque fideles deducuntur ministerio: ita inibi quiescentes illius accurata nunquam deserit providentia: qua etiam Mosis sepulchrum munitum: nec ab homine violari potuit. Deu. 32. nec Sathan corpori ipsius valuit incommodare. Jude v. 9. nec hodie si quis petulans, ut disciplina est profligata, sepulchra expugnet, cadaveribus insuetet, illa spoliet ac debonestet; turbantur dormientia corpora, aliquidve inhonesti vel adversi patiuntur. Hanc enim turpitudinem, ut ait Petrus lib. 2. dial. 132. tu non videbis. Quin imo si ipse Iehova, in suo furore terram sic quatiat, ut sanguis per violentiam & iniquitatem ex ea profiliat. Isa. 25. corporaque trucidatorum detegantur: dormiunt nihil ominis pii somnum suavissimum, dormientque quoad Dei civitas pleno consumetur incremento: quoad Christi sponsa in omnibus suis membris perfecte adolescat: quoad numerus electorum iusta perficiatur plenitudine: praestoque adsit dies illa nuptiarum, qua omnes illos quos violentia mortis in sepulchris detinuit, festivissimo hoc recreabit acroamate. Ecce sponsus venit. Mat. 22. atque illi excusso somno consurgent, & vitam aeternam adibunt hereditatem. E contra vero quiescit impia turba cum suis patribus: nec ipsis quidquam, vel magnifica sepultura vel memoria ipsorum erecta ad omnem perennitatem imagines, vel terra sacroris locus prodesse potest; versantur apud suos Patres, Cainum, Achitophelem, Saulem, Iudam, Pilatum, Herodem ipsosque Diabolos: ubi fletus, dentium stridor, futurorumque malorum terror & expectatio longe gravissima.

### PARS TERTIA.

Postquam igitur Dei electis certa reperta quies: quid tum potissimum numen illud supremum facere solet? Ecce dominus egredietur de loco suo, ut visitet iniquitatem habitatoris terra.

Isa.



157  
Iſa. 26. v. 21. Hoc itaque primordium divini laboris, bonis extra  
teli jactum constitutis, se vire in malos: hoc nimirum verba Pro-  
pheta volunt: ante faciem mali colligitur justus. Sed jam in-  
quiramus, quæ illæ mali facies, qui illi terrores, quibus Deus dile-  
ctos suos subtrahit. In S. Ioannis revelatione non pauca harum  
specimina cernuntur. Cum enim agnus, ut est cap. 6. secundum a-  
peruisset signum, profluit equus rufus, cuius sesseri ingens in ma-  
nibus gladius, quo & pax è terra sublata, & promiscuè cades im-  
missæ habitatoribus. Ac rursus cum signum tertium revalsum, pro-  
diit niger equus, cuius inequitator lancem famis prænunciam ha-  
bebat in suis manibus. O infelices autem terræ habitatores, quo se  
hoc abdomen insatiabile penetraverit: audebit namque ibi infe-  
lix genitrix, in propriis visceribus suam sepelire progeniẽ, 2. Reg.  
6. Deniq; postquam sigillum quartum apertum, equus albus ap-  
paruit; in cuius immuni dorso mors, & huic consecutus infernus,  
quibus potestas data sauciendi per famem, ensem, perque bestias ter-  
ra. Terribiles inquam hæc malorum facies: sed & illa non minus  
terribiles, quas septem turbarum clangor, ab inferis quasi evoca-  
vit: quas que ira divina pateris, ad mandatum Dmini An gelo-  
rum effundebat ministerium. Apoc. 16. Colligitur ergo justus an-  
te mali faciem: ne illum vel evertere possit vel pervertere: sicut  
Iofias quondam ante adventum furoris Dei collectus: tum verò  
ut ira Dei accensa, sine omni obstaculo in cervices malorum evi-  
brari possit. Utinam autem saltem hoc deplorata mundi cæcitas  
possit perspicere: quod beneficio justorum & capitibus ipsorum  
divina arceatur ultio: quodque justus fundamentum sit seculi,  
maiori forsitan ipsos dignaretur venerationi. Tanti enim est,  
mibi credite, pietas fidelium Deo, ut quem nulla flectere pote-  
stas potest: is votis ac suppliciis ipsorum sæpe flectatur: iisque  
plurimum indulgeat. Valuit Abrahamus Gen. 18. eò Do-  
minum adducere, ut aliquot perditiõni devotas Civitates, si  
saltem in iis decem boni inventi fuissent, contra animi sui in-  
ductionem servare promiserit. Potuit pietas Loti, oppidum  
Zoara



Zoar, cuius iam terra dehiscere incipiebat, praesentissima cladi eripere. Gen. 19. Precibus Mosis victus Iehova, furorem, quo totus Israel consumendus erat, cohibuit. Exod. 32. In contrarium se quid Dominus inceptat, si quando voluntatis suae decreta exequitur: omnes in universum remoras summovet: sic enim per Isaiam loquitur cap. 3. Ecce Iehova exercituum amoturus est Hierosolymis scipionem & baculum, potentem & bellatorem, iudicem & prophetam, prudentem ac senem. Ac per Ezechielem cap. 13. Non ascenditis ad irruptiones: nec obducitis sepem pro domo Israelis, ut consistat in bello die IEHOVAE. Et quid autem nos haec tangunt o peculium Dei consecratum? ecqui d afficiunt, o atriorum Dei pervigiles vigiles; nostrarum enim insolidum est partium, tanquam a specula attendere, qua mala ingruat tempestas: nostri muneris aspedare, qua Cacodemon per errores & vitia animis se insinuet fidelium; nostri officii providere, ne quid Resp. Christiana detrimenti capiat; nostrum denique palmas cruore intaminati agni sanctificatas caelum versus attollere, ut amque divinam fervore delinire precationum, nobis convenit hoc turbulento Patria nostra statu, in jejuniis, cordium compunctio, animorumque afflictione **DOMINUM** inc'amare, **Parce DOMINE** populo tuo, & ne exponas sessionem tuam opprobrio. Joel. 2. Et ut remin pauca conferam: quod est fidelis miles imperatori, quod bonus imperator exercitui, quod navigio periclitanti peritus gubernator; hoc nos Ecclesiae **CHRISTI** esse convenit: secus enim si simus, apprehendent nos mina Domini exercituum, quibus per Ezech. cap. 22. nos territat **Quero** aliquem qui obducat sepem: & consistat in corruptione coram me, pro ipsa terra ne corrumpam ipsam. Caterum fratres carissimi optimè sum ego de vobis persuasus: nec ideo, hoc loco vos compellare lihuit, quod incitatione vobis opus esse putaverim: sed potius, ut vos in cursu recto confirmem, & quid sibi de nobis ovicula nostra debeant polliceri, planum omnibus faciam. **Ruit mundus prope-**  
rant ad



vānt ad metam secula: fit fides vaticiniis: pessimē feruntur o-  
mnia: undiq; strages, ruina vastitudo: nesciunt enim quid est affli-  
ctis rebus succurrere; nesciunt impendentem calamitatem im-  
brem, reditione ad meliorem mentem, animorum devotione, sup-  
plicationum fervore, quantum potest avertere. Quossumur  
columna domus domini, submoliuntur. Reip: fulera: & fluunt  
honestamenta familiarum: quibus omnibus, quid a iud. quaso per-  
tenditur quam rerum universitatis extrema corrutio. Mali  
enim portentis res, mors frequentata in viris prestantissimis: Ec-  
clesia Dei excubitoribus vigilantissimis, evidentis fidei senatoris  
bus: aliaque honorum turba.

Colligitur justus ante faciem mali. Cuius dicti, Deus  
bone, o quot nobis documenta ab omni memoria hominum possu-  
mus accersere. Terribilis namque fuit illa facies qua post obitum  
parentis Noe Lamechi, eo ipso momento, quo ille arcam ingressus,  
mundum invasit: apertis que a quarum superarum & inferarum  
receptaculis, sic mundum demersit, ut omnes omnium montium  
summitates, pondere aquarum, quidecim cubitos super ipsos a-  
scendentium premerentur: omniaque animantia, pauculis que  
tutabatur arca exceptis, interierint. Gen. 7. Horrenda &  
illa, qua post mortem Iosia Babylone progressa Dei populum  
pecudum instar in prada egit: immisericorditer tractavit: quo  
tempore, quatuor regem sub jugum misit: in modum miserabilem  
exoculati: ac in vinculis per ignominiam ostentati: urbs diruta,  
regio vastata, sevitum in omnem sexum promiscue: ac nihil im-  
manitatis omissum, ipsis etiam regis filiis in conspectu paterno  
contrucidatis. 2. Reg. 25. Mortuo Divo Iacobo Ecclesia Hiero-  
solomitana, secundum CHRISTI tempora, Episcopo; cum electa  
DEI turba, hostiles declinans furias, Pellam oppidum per fugio  
suo delegisset: quanta rabie Sancta urbis plateis insultabant: ut  
non lapis supra lapidem relictus: quanta deniq; indignatione su-  
pra gentem ingratitude extrema ille magni consilii Angelus  
effundebat. Sed & antiquis his pretermisissis; negari non  
potest.



potest recēti hac memoria, terrificos mali vultus, nos percelluisse: fame, bello pestilentia, aliisq; noxis, Regnum hoc crudeliter infestantibus. Inprimis autem, quo tempore laudatissimus noster Comes Palatinus metam vitæ prospectabat, prospexit etiam sub auras eluctantem discordiarum ac seditiois imaginem: quæ postquam ipsi visa: Tolle precor, inquit, animam meam, O Domine. Quod ipsius desiderium explevit Dominus: & quem quiescenti saltem patria concesserat; eum tumultuanti, ac ruinam sibi acceleranti, invidit. Manifestum quippe est, ipso D. Jesu teste, non posse regnum illud consistere, quod intestina in diversum trahant dissensiones. Quamvis n. hac in parte, & Deum omnipotentem esse ultro concedimus: & piorum preces plurimum valere; consummatio tamen impietatis in malis, quam Dei intentus oculus, semper observat accuratè certas periodos ut regnis, ita seculis constituit: quæ fatales mutationes, quia venire non possunt, sine ingenti politiarum convulsione, horrendis que casibus: quæ arma his opponenda sint adversitatibus: & quibus firmandi animi solatiis, agè jam in parte quarta expendamus.

#### PARS QUARTA.

**I**N tanta igitur malorum affluentia, bonorumq; diminutione. solatii nobis non nihil videtur afferi: cum prestabiles aliquas familias sic videmus amplificatas, ut quod Poëta ait:

Primo avulso non desinat alter

Aureus & simili frondescat virga metallo.

Non solum inquam dolorem minuit, sed & solatia auget: cum post unam ab arbore frondem defractam, subitaneo altera illud recompensat supplemento: magisq; etiam delectat, si hic succedaneus ramus, nova sibiq; simili suppululat propagine. quod quia in hac Comitum de Lessno clarissima familia fieri videmus, grates tibi gratias, ô Domine exercituum agimus. O Domine, pro-

Sperare: ô Domine da felicem successum: serva eos, benedic tue

D

posses.



possessioni: pascere & extolle illos in eternum. Effice Domine,  
ut nobilissima Comitum de Lessno augetur familia: ut in sub-  
lime assurgat: ut nomen ipsorum inter inclytos heroes recensea-  
tur: & quibus, per omnes vite gradus, numentum colere  
laudi emolumentoque ducebatur: ut post hac brevioris vite spa-  
cia eternorum adeant hereditatem palatiorum: Indicavi bre-  
viter, quae in presenti luctu humanitus possint nobis afferre con-  
solationem: sed quoniam levitati ac inconstantia omnia, quae sub  
Sole, subjecta sunt: vetuit Dominus Psal. 146. ne in Principibus  
confidamus: utique enim vanitas est omnis homo Psalm. 39. Alia  
igitur malorum: querenda remedia: eaque talia quae contra o-  
mnes adversitates firmum possint nobis suppetere solatium. Tale  
verò unicum est: nempe Jehova Dominus noster. Si enim ami-  
sisti, o homo, patrem, matrem, maritum, uxorem; audi vatem,  
qui Psal. 27. sic ait: Pater & mater dereliquerunt me, dominus  
autem suscepit me: & qui octuagesimo octavo Psal. orpha-  
norum tutorem, & viduarum patrem ipsum appellat: Cuius rei  
ut nobis Dominus fidem faceret: ultrò per Isaiam sic nos com-  
pellat 44. An potest oblivisci mulier fetus sui: ut non misereatur  
filij uteri sui? etiam hac obliuisci potest, ego autem non oblivio-  
scar tui: quoniam in manibus sculpsi te. Videmus ergo Deum, &  
promittere nobis liberaliter, & amare nos efficaciter: non est igitur  
ut de potentia ipsius dubitemus: quis enim illi par vel similis?  
quis agentem illum impediri potis? Si ergo Deus pronobis, quis  
contra nos Rō. 8. Is namque aedificat domos, servat civitates: hone-  
stas jungit conjuges, prole ditat parentes: ornat familias, rem do-  
mesticam auget: vindicat, oppressos, vim à bonis propulsat: præ-  
sto est in adversis: is potest per maris profunda siccum prestare  
transitum: is laborantes in abyssu educere incolumes. is captivis  
honores, servis scepra conferre: novit is modica farina numero-  
sam familiam in fame pascere: novit exiguo panum numero in-  
gentes turbas exaturare: novit, quoad ipsi lubitum, sine cibi po-  
tusque adminiculo suos in vita retinere. Ipso iubente pumices a-

quae



quas exudant aridissimi: exucca mandibula largum submini-  
 strat liquorem. Ipso regente, nec ancipitis Luna noxia strictura,  
 nec fervidi solis ardētis radij, nec violenta flāmarum nocere po-  
 test violentia: Sape ad imperium ipsius steterē poli: Sape perti-  
 nax cessim sol abijt: compressa rabiosa ora leonum: ipsaque inani-  
 ma saxa cum homine fœdus pacisci videbantur. Job. 5. Dilectū i-  
 gitur domino caput, nec famē, nec pestē, nec tela hostilia ptimescet  
 ab ipsius latere cadēt mille: cadēt millia dena ab altero: ipsū v. et i-  
 am si in valle mortifera deambulet, divina securum p̄stabit provi-  
 dentia. Dominus enim est qui mortificat & vivificat: qui in  
 infernum deducit & reducit. 1. Sam. 2. Idem longitudine dierum  
 suos saturat, & salutem suam ipsis ostendit. Psal. 19. Si igitur  
 ingruunt terrores, impendent anxietates: si boni incessit cupido,  
 nemo hoc melius illa avertere, hęc dare poterit: quippe qui nō solū  
 cogitata suorum facit, psal. 144. sed ea quæ nec oculus, nec mensi-  
 psorum unquam vidit, in cœlo preparat liberalissime Isa. 64.  
 Proinde sicut qui Deum non habet, miserè est miser: nec quic-  
 quam ipsi vel parentes, vel fratres, vel cognati, vel amici, vel de-  
 niq̄ue tutores, servi, subditi, thesauri opitulari possunt: ita rur-  
 sus, quicū Deus est, quamvis mors omnes ipsi adimat necessarios:  
 proditus sit familiaribus: licet vicini, cognati, civitates, nationes,  
 reges, principes, bellum ipsi denuncient: omnes in ipsum creatura  
 conspirent: licet unum illum innumera hostium stipēt examina:  
 non solum præda ipsos non locupletabit, sed potius quò improbitas  
 ac ferocia hostium maior: eò miles Dei gloriosus, adorea afficiet se  
 illustriore. Una igitur certissima in malis omnibus consolatio: ve-  
 nus ac solus Deus suis est pater, mater, tutor, consiliarius, auxilia-  
 tor, liberator: solus ille robur, opes, gloria, lætitia: ille summum bon-  
 num, ille vita æterna: omnibus qui in solo ipso spe defixa, extre-  
 mum ad usque halitum ei adherent tenaciter. At qui dices: cō-  
 cedo quidem id ita esse: terribiles tamen malorum facio-  
 es non possunt esse non terribiles: quis enim non percellatur, cum  
 bella, incendia, famem, pestem ubique servire videat? quem non

D 2 commo





525  
commoveant tot malorum impune abeuntia scelera; tot errorum  
efficacia; tot Antichristi exercitus, tot defectiones, scandala, per-  
secutiones, tanta in rebus humanis anxietas, & quaedam tristitia  
animum, tantam ad paucitatem, numerus redactus fidelium? Ac suo  
per hac omnia, aestuat, mare, exundant flumina, montes & colles  
ruinam minantur: quassatur terra: solis ac luna fulgur hebescit:  
nox aeterna imminet: omnes denique creatura horrore induta ex-  
tremam praestolantur interitionem, ita ut lapis sit, non homo, si quae  
ista non commoveant, existimandus. Hoc tamen in his malis leva-  
tione: quod Salvator certi solatij loco fidelibus, illa ipsa terribilia pro-  
ponit Luc. 21. capitula vestra, inquiens, his fieri incipientibus, attollite  
vobis: quoniam appropinquat redemptio vestra. Unde cognoscimus,  
terrorum, anxietatis, extremorumque malorum facie & continua  
in terris apparitione, calamitates piorum terminari, Dominique  
adventum ad iudicium accelerari gloriosum. Qui simul ac appa-  
ruerit, subita reformatione Ecclesiam suam foeda exuet ignomio-  
nia: dolores inaudita commutabit letitia: ac illam quam ante se-  
culorum fundamenta, Dei consilium piis destinavit gloriam cone-  
feret propitius, quam ut tandem post has Ecclesiae afflictas misero-  
rias manifestare velis: & ad iudicandum vivos & mor-

tuos adventare: etiam atque etiam te rogamus,

o rex benedicte in secula Filii

Dei Iesu Christe. Amen.

MEN.





## PRECATIO.

**I**N ira tua es tu, ô Domine, ne in peccata nostra  
 sonias: ne ad justissima iudicii tui subsellia per-  
 trahas: ne ve pro delictorum nostrorum numero ac-  
 pondere pœnas exigas; fatiscet enim continuo miser  
 homuncio. Satis jam, satis, ô pater, supplicii tibi  
 dedimus. Ecquando rursus misericordia tua subi-  
 bit tibi recordatio, ô amicissimum generi nostro ni-  
 men? Amisimus hac memoria nostra multos in Ec-  
 clesia doctores prestantissimos, corruerunt regni  
 istius firmissima firmamenta: bases ac columna  
 preclarissimarum familiarum confractæ: ipsi de-  
 nique custodes, qui pro legum ac libertatis salute,  
 indefessas agebant excubias, è medio sublati: è quo-  
 rum numero fuit & iste, omni laude major Sena-  
 tor, quem tu perpetuo datum sopori, collegisti: ac i-  
 psius morte legâsti nobis, non solum luctum acer-  
 bissimum; sed & diras rerum malarum facies: pe-  
 stilentia scilicet, anxietatis, seditiois, terrorum,  
 cadum, interni ac externi belli, extremaque, nisi  
 tu ipse prohibeßis, rerum omnium vastitudinis. Cœ-  
 terum ô veriloquentissime Deus; no vimus tui oris  
 sanctissimi hac esse proloquia: Si vivo, nolo mortem  
 peccatoris, sed ut convertatur ut vivat. En igitur  
 nos, à pravis nostris viis, tuæ opis auxilio, de-  
 flectentes: en ad pedes tuos pater nos, prodigalis  
 filii exemplo provolutos: en oculos præ verecundia  
bumi



humi defixos: en cordolia: en tunc sa pectora: en vo-  
ces respicientia indices; miserere, miserere, & teis  
ps̄m̄ o clemētissime Deus cohibe. Aspice gentē Chri-  
stianam, aspice nos tuæ sortem hereditatis: unicum  
& perfectissimum sacrificium, filium tuum aspice:  
causæ nostræ advocatū: averte sanctissimos tuos o-  
culos à fœda inquinamētōrū nostrorū labe: irradi-  
a nos paterni tui vultus benignitate: in te enim solo  
omnis nostra spes defixa. Aspice nos eo lumine, quo  
aspexisti Hierosolimam, ob regis temeritatem pla-  
gam pestis sustinentem, pone metam angelis pate-  
ras iræ tuæ effundentibus, prohibe ne tot sepulchra,  
viris Ecclesiæ ac Reipub. utilibus, effodiantur. O  
exercituum Jehova, petimus te suppliciter; ut la-  
befactatos tuæ civitatis muros fulcias; familias he-  
roicas amplifies; viros dignitate illustres excites;  
ac in iis, quos jam dedisti, tuæ charismata augeas.  
Præcipuè autem domus Davidis recordare; eique  
benigna tua promissa presta. Gratiam fac eorum  
posteritati, qui sua suorumq. posthabita utilitate,  
tua, patriæque in solidum quesiverunt commoda.  
Et sicut hunc nostrum Patronum beneficentissimū  
in vera nominis tui confessione, & in vocatione e-  
vocasti; quo nomine ab omni hominum angelorū-  
que cœtu, dignum te omni laude judicamus: ita e-  
tiam ipsius gloriæ, virtutis, bonorumq. hæredibus;  
adeòque toti Illust. Comitum de Lessno familia, e-  
am quam millesima piorum soboli, pollicitus es beo  
nigni



dignitatem conferre digneris; ut filii filiorum tuo-  
 rum, ad omnem posteritatem mundo fiant conspic-  
 cui. Depelle à nobis pestem, famem, seditiones; exci-  
 ta benevolentiam Dominorum in subditis; eosque  
 rursus ad obediendum Deo ac magistratui excita.  
 Sine te o supreme regum rex, putus ubique error  
 ac confusio; proinde tu solus inter nos rex esto. Quo-  
 niam autem vitiosa hac mundi compages sincerum  
 tuum regimen nequit sufferre; properè ad nos tua  
 um aduentum appropera, ac crassa hac cœli terra-  
 que mole eliquata, tui nobis regni stupendam  
 Maiestatem exhibe; in illudque innocentie tui  
 filii te ctos introduc: propter eundem filium  
 tuum unigenitum ac sanctissimum Do-  
 minum nostrum Iesum  
 Christum. Amen.







Cuda pap.

Gregorius & papieś będe z czarnoczą jmi kie gły wskawę bygnat iſtę, gnie  
ogryſte. Gudzicimim luykim kiały Deno ni Vita Gregorii. Et ſub. ni  
ſyſtę wem fol. 4.

Fiacke Anichy nakazyjy pęs wſtę pęroziję. Diablu kiem ni kępis  
Dni pęroziję Dęraſt aj ni luyſtę uickę. Severinus de miraculis Hiacinthij  
Lib. 1. Cap. 12. 13.

Cielatke gęſtę (ſęnje ſ. Fiacke) idny kęstowę wkwikę wſtęſil  
ktowę uickę byt eſtęje pęroziję luyſtę ſt. Lib. 2. Cap. 7.

Anichy Dominikanij woptatke obręj Henrica Cap. 7. Cromery Lib. 11. wem  
ſolonicarę. de Henric.

Kardinalij Wiktora z pę. wkwikę obręj Xaucler. ni Vita Victoris.

Dominikan Anichy krola Francękij Henrica z nojem pęroziję. Skar.  
ga w pęroziję ſęzickij fol. 73.

Benedict Autor wſtękię Anichy kęroziję  
Dno ſę w Europie Polydorus Lib. 7. Cap. 2. Cudokowci wielki ter bo.  
wem. Niereki ktowę mamka ſtęketa gęit y Sklenicę ſtęzongę  
ſtęketa Gregorius Lib. 2. Cap. 1. 3. Diablij.

Franciszek Autor Anichy ſęroziję Dę.  
cu byt pęroziję pęroziję o ktowę go Ocie bit, w lincę wſtękię y wſtękię  
eſtęje ſtęketa Donauentura ni Vita illius Cap. 2.



W. Zygwinu Wier panyj pap: niezego nie uszywaiz. fol. 69

my, p. p. i. v. a. ciate p. a. s. i. e. g. o. fol. 26

Swiate pap: d. a. n. b. i. j. f. 120

Exorcismus f. 90

Kupcy w kusie pap: f. 86.

Cudobojci i pap: u. z. f. 62

Kracie de s. p. u. z. f. 62  
Zemra si nauki pap: d. w. o. i. e. m. a. p. y. v. a. t. i. e. 3. fol. 8. p. i. e. z. e. m. p. p. i. e. m. i. e. l. y. o. n. a. y. w. y. s. t. w. y. k. t. p. i. s. m. a.

SOLA fide iustificamur. fol. 56





1100  
w r. 1559  
w r. 1560  
w r. 1561  
w r. 1562  
w r. 1563  
w r. 1564  
w r. 1565  
w r. 1566  
w r. 1567  
w r. 1568  
w r. 1569  
w r. 1570  
w r. 1571  
w r. 1572  
w r. 1573  
w r. 1574  
w r. 1575  
w r. 1576  
w r. 1577  
w r. 1578  
w r. 1579  
w r. 1580

o s. 127  
o s. 128  
o s. 129  
o s. 130  
o s. 131  
o s. 132  
o s. 133  
o s. 134  
o s. 135  
o s. 136  
o s. 137  
o s. 138  
o s. 139  
o s. 140  
o s. 141  
o s. 142  
o s. 143  
o s. 144  
o s. 145  
o s. 146  
o s. 147  
o s. 148  
o s. 149  
o s. 150  
o s. 151  
o s. 152  
o s. 153  
o s. 154  
o s. 155  
o s. 156  
o s. 157  
o s. 158  
o s. 159  
o s. 160  
o s. 161  
o s. 162  
o s. 163  
o s. 164  
o s. 165  
o s. 166  
o s. 167  
o s. 168  
o s. 169  
o s. 170  
o s. 171  
o s. 172  
o s. 173  
o s. 174  
o s. 175  
o s. 176  
o s. 177  
o s. 178  
o s. 179  
o s. 180  
o s. 181  
o s. 182  
o s. 183  
o s. 184  
o s. 185  
o s. 186  
o s. 187  
o s. 188  
o s. 189  
o s. 190  
o s. 191  
o s. 192  
o s. 193  
o s. 194  
o s. 195  
o s. 196  
o s. 197  
o s. 198  
o s. 199  
o s. 200

1100  
1101  
1102  
1103  
1104  
1105  
1106  
1107  
1108  
1109  
1110  
1111  
1112  
1113  
1114  
1115  
1116  
1117  
1118  
1119  
1120  
1121  
1122  
1123  
1124  
1125  
1126  
1127  
1128  
1129  
1130  
1131  
1132  
1133  
1134  
1135  
1136  
1137  
1138  
1139  
1140  
1141  
1142  
1143  
1144  
1145  
1146  
1147  
1148  
1149  
1150  
1151  
1152  
1153  
1154  
1155  
1156  
1157  
1158  
1159  
1160  
1161  
1162  
1163  
1164  
1165  
1166  
1167  
1168  
1169  
1170  
1171  
1172  
1173  
1174  
1175  
1176  
1177  
1178  
1179  
1180  
1181  
1182  
1183  
1184  
1185  
1186  
1187  
1188  
1189  
1190  
1191  
1192  
1193  
1194  
1195  
1196  
1197  
1198  
1199  
1200

L. Lukasz w Ociezgu  
L. Samuel w Mielycym  
L. Zbyszew w Olszynie  
L. Kędzicy u Ociezja  
L. Mikolaj w Jutrzkowie u Wieru Jona.


Ung  
WLB  
12

- 1 o s. 127
- 2 o s. 128
- 3 o s. 129
- 4 o s. 130
- 5 o s. 131
- 6 o s. 132
- 7 o s. 133
- 8 o s. 134
- 9 o s. 135
- 10 o s. 136
- 11 o s. 137
- 12 o s. 138
- 13 o s. 139
- 14 o s. 140



1017  
7










Inches 1 2 3 4 5 6 7 8  
Centimetres 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19

B.I.G.

Farbkarte #13

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black



A SACRA  
NEB.  
Magnificentiss:  
D.  
TIS DE LESSNO:  
um Palatini  
rc.  
HODOXÆ IN  
præstantiss:  
ATRIS  
ovic  
OXO THEOLOGO  
NOVIO.

MD C VII.

e)

5 219

